

tamen certa regula viventibus, sepultureque sunt praedicti fundatores juxta altare sacelli. *M.W.* 218.

1398. Hoc eodem anno primae erant sorores Elisabetha Weiblinin, Anna Munckweilerin, Adelhaitis Weiblinin et Margaretha Landenbergerin, praedicti domini Egenoldi de Landenberg filia; in altera domo inferiori habitabant sex aliae sorores servitiales. *M.W.* 218. *extr.*

1398. 22. Apr. Henricus Schlee commendator in Mainau, qui eis locum et arcem pro praedictis domibus vendidit, constituit hujus monasterii patronus, schütz-herr, in perpetuum. *M.W.* 218.

1398. 1. 6. Maji ecclesia fuit consecrata.

1401. Susceperunt regulam tertiam s. patris Francisci, erant enim ante Beginae, sub visitatione fratrum conventualium. *M.W.* *cod. l.*

1423. Legavit huic monasterio vineas in Allheim Georgius de Hüdingen, a canonicus ecclesiae cathedralis Constantiensis.

1434. 11. Novemb. obtinuerunt sorores in ecclesia (quae est filialis pertinens ad parochiam Lippertsreiten) jus denominandi, commendator in Meinau jus praesentandi et officium Constantiense jus confirmandi, quia Egloff dotavit altare cum consensu commendatoris et capellaniam instituit ex suis bonis et jus patronatus donavit sororibus.

1435. Hermannus de Breiten-Landenberg bona foundationis notabiliter auxit.

1634. Monasterium a militibus Succicis 2 omnino spoliatum et soror Maria Rosina ob castitatem conservatam crudeliter caesa fuit, quae Ueberlingam ad sorores ad s. Gallum semiviva deportata paulo post die 3. April. sancte obiit. *Vid. Tit. Ueberlingen ad s. Gallum fol. 535.*

Meckinga. Soror. in dioecesi Constantiensi et in custodia Lacus. p. 213. ^b

1278. ³ In vigilia s. Jacobi Joannes parochus in Meckingen nomine suae ecclesiae pro 10 \mathfrak{z} vendidit vineam, ecclesiae parochiali omnino contiguam, cuidam patri Burkardo, commoranti in dem Bodenwalt, ^c cum consensu Joannis de Bodman, tunc Meckingae residentis, in hac vinea hodiernum monasterium in territorio et dominio dominorum de Bodmann aedificavit ex ele-

¹ *Sf.* 1388. ² Suevicis, *Sf.* ³ *M.W.* hat 1378.

^a Hüdigen oder Hüdigen im Amte Ueberlingen. Allheim liegt in demselben Amte. ^b Mäggingen zwischen dem Ueberlinger und Untersee, nicht weit von Nadelstzell. ^c Heißt jetzt der Verwalt zwischen Mäggingen und Eggingen.

mosynis soror Maria Adelhaidis de Waltspüren, monialis tertiaria, soror praedicti fratris Burkardi. *M.W.* 219. *extr.*

1580. Casuali et lamentabili flamma absumptum fuit totum sacellum cum potiori ejusdem monasterii parte.

1590. Dum hoc monasterium ob bella et alia calamitatum tempora fere interiret, huc fuerunt destinatae religiosissimae sorores ex Thalbach prope Brigantium, quae illud tum spiritualiter tum temporaliter repararunt. *M.W.* *cod.*

1601. Ruinosam hanc domum et monasteriolum omnia diruerunt sorores, et ex elemosynis et propriis sumptibus novum aedificarunt, ut hodie visitur.

1631. Ob bellum Succicum et documentorum interitum dum hoc monasterium fere interiret, superstitum una aut altera sorore, iterum restauratum fuit a sororibus ex Thalbach huc destinatis in religiosa disciplina et oeconomiae industria.

1650. 9. Decemb. Martinus Vogler vicarius generalis episcopi Constantiensis Francisci Joannis dedit licentiam aedificandi ecclesiam.

1653. Cum consensu Joannis Francisci episcopi Constantiensis et abbatis Sanct-Gallensis (als grund-oder lehnherrn) exstruxerunt sorores (domina mater erat soror Maria Seraphina Thain) ecclesiam et superiorem chorum ecclesiae parochialis propriis sumptibus et elemosynis, constitit 2400 fl.

1656. 20. Aug. consecravit ecclesiam Georgius Sigismundus episcopus Heliopolitanus, suffraganeus episcopi Constantiensis.

Neoburgum. Fratrum. in dioecesi Constantiensi et custodia Basiliensi p. 238. ^a

1294. Monasterium fuit ex fratrum elemosynis et civium liberalitate aedificatum.

1504. Cum provincia extrema fratrum penuria laboraret nec haberet, quos hic aleret, plurimisque hoc esset monasterium gravatum debitis, traditum fuit magistratui tantisper, donec meliori tempore fratrum numerus sufficiens introducatur, ast iterum 1527. ecclesia parochialis, cujus fundamenta Rhenus fluvius rapidissimus excavarat, corrui et in flumen fuit prolapsa, idcirco regimen sive consilium supremum Austriacum Ensisheimii ¹ commutavit nostram in ecclesiam parochialem, frustra contra protestante toto ordine et provincia. *Vid. in archiv.*

¹ Eristeimii, *Sf.*

^a Neuenburg a. Rh. im Breisgau.